Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

erat enim vasculum
istud venundari plus
quam trecentis denariis
et dari pauperibus. Et fre-
mebant mecum. Jhes
autem dixit. Sinite eam
Quid illi molesti estis?
Bonum opus operata
est in me. Semper enim
pauperes habetis vobiscum
et cum volueritis poteris
eis bene facere. me
autem non semper habe-
bitis. Quod habuit
hec fecit. Venit vngere
corpus meum in sepul-
turam. Amen dico vo-
bis. ubicumque predicatum
fuerit euangelium istud
in vniuerso mundo. id quod
hec fecit narrabitur in
memoriam eius. Et
iudas scariothis unus
de duodecim. abiit ad
summos sacerdotes. ut
proderet eum illis. Qui
audientes gauisi sunt
et promiserunt ei pecuniam
se daturos. Et querebat
quomodo opportune eum
traderet. Et primo die
azimorum quando pas-
cha immolabant dis-
cipuli ei dicunt. Quo
vis eamus ut paremus
tibi. ut manduces pas-
cha. Et mittit duos
ex discipulis suis et dicit